Mynſing. *decad.* 1. *Reſp.* 10. *num.* 24. Muſcul. *de Succeſſ. Convent. num.* 234. Knipſchild *de Nobil. Immed. l.* 3. *c.* 12. *n.* 165. Ertl *p.* 2. *Obſ. Illuſtr.* 4. *fol.* 77.

Et videtur hoc etiam probare ratio; nam actus agentium non operantur ultra intentionem illorum. Sed nuda promiſſio de renuntiando, ſi verba inſpiciantur, non indicat, quòd Filia de præſenti, ſed in futurum duntaxat renuntiare intendat, ſicut nec promiſſio de vendendo venditionem efficit. Sicut ergo promittens vendere pœnitere poteſt, dominiúmque rei, quam promiſit ſe venditurum, in alium transferre, ita Filia prætendere adhuc Hæreditatem illam, cui renuntiaturam ſe adpromiſit. Et hoc juxta

Imol. *in c. cùm contingat. num.* 85. *de Jurejur.*

etiam verum eſt, quando talis promiſſio eſt Juramento confirmata.

33. Contrarium tamen defendit, & Renuntiationis futuræ conventionem idem, quod Renuntiationem præſentem operari exiſtimat

Kellenbentz *q.* 8. *num.* 8. *& ſeqq.* cum Covar. *in c. quamvìs. p.* 3. *princ. n.* 3. *de Pact. in* 6. Grav. *conſ.* 12. *num.* 2. Molin. *conſ.* 55. *n.* 4. qui bis in Supremo Senatu Pariſienſi ſic judicatum teſtatur.

Rationem dat Kellenbentz *l. cit.* quia licet obligatio iſta, novæ alterius in futurum perficiendæ, nullam in ſe implendi neceſſitatem habeat, ſolvendum tamen erit, quod alterius intereſt.

*L. ſi ſterilis.* 21. *§. ſi tibi fundum.* 4. *& §. ſeq. ff. de act. empt.*

In præſenti autem Caſu omnis utilitas & Teſtatoris, & hæredum in eo duntaxat verſatur, ne Filia cum hiſce ſimul ſuccedat: quod intereſſe, quia cum reali Renuntiatione planè convenit, omnino certum, atque definitum eſt. Sicut ergo in caſu liberationis, cùm debitoris intereſſe ſit certum, nec quidquam hic aliud expetat, quàm debiti remiſſionem, tam in pacto, quàm legato liberandi, protinus ex tempore Pacti, & die defuncti Teſtatoris, liberationem conſequitur.

*L. intra.* 41. *ff. de Pact. l. ſi creditoris.* 17. *C. de Fideicommiſſ.*

Ita in Caſu præſenti, cùm Parens per Renuntiationem in effectu nihil aliud quæſierit, quàm Hæredibus ſuis à diviſionis obligatione liberationem, quâ Filiam, tanquam cohæredem, ad Succeſſionis communionem admittere cogebantur, in veritate, acſi realiter Renuntiationem interpoſuiſſet, vigore iſtius Pacti à Succeſſione excluſa erit.

Ad Argumentum *Num.* 32. propoſitum 34.
reſpondet Kellenbentz, pœnitere quidem licere promittenti, ita tamen, ut intereſſe compellatur refundere. In Caſu autem iſtius controverſiæ intereſſe ſi Filia, promittens ſe renuntiaturam, velit refundere, planè nihil aliud præſtare poterit, quàm ut abſtineat ab Hæreditate, aut ſi in Poſſeſſionem ejusdem venerit, ut eam reſtituat Hæredibus. Aliud eſt in promiſſionibus, quibus nova conſtitui, non verò jam conſtituta tolli ſolet obligatio; in hiſce enim evenire poteſt, ut promiſſoris multo pluris interſit, ne fidem ſervet, quàm ſtipulatoris, ut ſervetur. Et hinc, quia intereſſe non ita, ùt in ſuperiori caſu, tam quoad debitorem, quàm quoad creditorem certum, ac definitum eſt, æquitas ſuadet, ut debitor, ſi creditori damnum reſarciérit, ad Contractûs implementum compelli nequeat.

5. Muß ein ſolche Verzicht gantz frey, 35.
und ungezwungen, auch ohne Argliſtigkeit von dergleichen Adelichen Verzicht-Töchteren beſchehen. Darumen, wie ſchon oben *Num.* 17. gemeldet worden, theils Orthen, zu mehrerer Freyheit dergleichen Verzichten, und Verhütung der ſonſt unterlauffen-könnenden Argliſtigkeit, denen Adelichen Töchteren ein Beyſtand zugeordnet, auch ſie zum drittenmahl ab- oder beyſeiths geführet, und jedesmahl von denen anweſenden ernſtlich befraget wird, ob ſie von freyen, ungezwungenen Willen ſich ihrer Erbſchafft begeben wolle, welches

Beſold. *Theſaur. Pract. fol.* 962.

für ein weeſentliches Stuck haltet, wiewohl es nicht de neceſſitate zu ſeyn meynen

Kellenbentz *q.* 4. Backmaiſter *theſ.* 21.

wann nur anſonſt ſolche Renuntiation nulla vi, aut dolo erpreſſet worden; dann wo ſolche Tochter mit Liſt, Streichen, und Gewalt zur Renuntiation gezwungen wird, die Verzicht an- und für ſich ſelbſt nichtig, und von Unwürden iſt.

*Arg. c. quamvìs. de Pact. in 6.*

Quo inductum eſt, ut Pactum Renuntiationis nec vi, nec dolo firmatum ſit &c. Renuntiatio námque non valet, ſi Filia minis, aut verberibus à Patre, vel callida machinatione, & perſuaſione, quæ Dolum continet, ad renuntiandum inducta ſit.

Caſtrens. *conſ.* 174. Franc. *in c. quamvìs. cit. n.* 2. Gaill. *l.* 2. *obſ.* 147. *n.* 15. Speidel. *Specul. V.* Verzicht Adelicher Tôchter. *fol.* 1299.

Quia conſenſui nil tam contrarium eſt, quàm vis, verbera, & coactio.

36. Neque obſtat illud vulgò dictum, quòd coacta Voluntas etiam ſit voluntas; nam talis non eſt, qualis hic requiritur; verba enim gutwillig, freywillig, ungezwungen ſpontaneam, & liberam voluntatem denuntiant, quæ vulgò definitur, quando quid cum ratione deſideratur, ùt loquitur

Cicero 4. *Tuſcul.* & conſentit Ariſtoteles. 3. *Ethic.* 1.

ubi ait: Invitè quidem non ſponte facta dici videntur illa, quæ aut vi coacti agimus, aut per inſcientiam: quæ verò majorum malorum metu, vel boni alicujus parandi causâ aguntur (quas actiones ille mixtas vocat) iis, quæ ſpontè aguntur, ſimiliores eſſe videntur; ſunt enim optabiles, & eligendæ, tum cùm aguntur. Interim tamen ſimpliciter ſpectatæ, fortaſſis invitis facta dicentur; nemo enim quidquam tale propter ſe optaverit &c.

37. 6. Weil in perficienda Succeſſionis Renuntiatione, præſertim Minorennium Filiarum, nicht von geringen, ſondern hohen, totius nempe Hæreditatis, præjudicio gehandlet wird, ſoll billich ein ſolche Verzicht, ſo ohne Richterliche Erkanntnuß, und Approbation, oder nach der faſt aller Orthen ůblicher Obſervantz, der Nåchſten und zwar nicht intereſſirten Befreundten Gegenwart, Vorwiſſen, und Einwilligung bewůrcket worden, fůr null, und ungiltig erachtet werden, cùm per S. C. generaliter Minoribus Bonorum immobilium, & Jurium ſuorum diminutio interdicta ſit, adeò quidem, ut nec ſtipulatio, nec transactio, nec donatio, nec alius quis alienandi modus, ſi Judicis authoritas non interceſſerit, valeat:

*L. non ſolùm.* 4. *& toto tit. C. de præd. minor. non alien.*

Renuntiatio autem veram in ſe alienationem habeat; nam per eam Filia Succeſſionis Jus agnoviſſe, & per Pactum deinde ceſſiſſe, ſive donâſſe cenſetur.

Corn. *conſ.* 291. *n.* 11. *vol.* 4. Caſtr. *ad l. pactum dotal. n.* 7. *circa fin. C. de Collat.* Speidel. *Specul. V.* Verzicht. *fol.* 1298. Kellenb. *q.* 5. *n.* 7. *& ſeqq.*

38. Suſtinetur autem, & valet Renuntiatio, ſi Decretó Judicis omiſſo, ſoli adſint Cognati, & Agnati; nam Judicis authoritas, vel Decreti ſolennitas eam principaliter ob cauſam requiritur, ut Judicis præſentia omnem doli, metúsque ſuſpicionem amoveat, ejúsque authoritas efficiat, ut omnia legitimè, & bona fide geſta exiſtimentur.

Corn. *conſ.* 348. *n.* 25. Et *conſ.* 36. *n.* 11. *vol.* 1. Burſ. *conſ.* 144. *n.* 19. *vol.* 4.

Cognatorum verò interventus idem præſtat per

*L. transactionem.* 35. & ibi Bartol. Jaſ. Salicet. *C. de Transact.* Weſenb. *conſ.* 3. *n.* 66. *& conſ.* 52. *n.* 12.

Quare ſi eorum interventu perficiatur Renuntiatio, ſuſtinetur, & valet.

Bartol. *in l. Frater à Fratre. n.* 21. *ff. de Condict. indeb. & in l. transactionem. cit. in fin.*

ubi in praxi receptam opinionem eſſe teſtatur, quòd iſtorum præſentia parem vim, & virtutem cum Decreti Judicialis ſolennitate habeat, nihilque referat, an Magiſtratûs authoritas, an verò Cognatorum præſentia actui intercedat.

Speidel. *l. cit.*

Daß aber der nåchſt-Verwandten Præ- 39
ſentz, und Gegenwart bey dergleichen Renuntiation giltig, und kråfftig gehalten, auch alle widrige Suſpicion verhůtet werde, iſt nôthig, daß ſelbige ſowohl von Våtter- als Můtterlichen Lini erwåhlet, auch keines Weegs darmit intereſſiret ſeyen.

Mynſ. *decad.* 6. *reſp.* 56. *n.* 19. Speidel. *l. cit.* Kellenb. *q.* 5. *cit. n.* 18.

Heutiges Tags werden dergleichen Verzicht in Gegenwart der Elteren, Befreunden, Vormunder, auch deß neuen Ehe-Herrens vor einem Notario, und zweyen Notariats-Zeugen vorgenommen.

Beſold. *Theſ. Pract. V.* Verzicht. *fol.* 962. Berlich. *p.* 2. *concl.* 43. *num.* 5. Knipſchild *l.* 3. *c.* 12. *n.* 183.

Es iſt auch, wo nicht nôthig, doch nutzlich, daß der Verzicht-Brieff von dem Mann, und wo er von der erſten Ehe Kinder hat, auch von ihnen unterſchriben werde.

Springsfeld *c.* 12. *num.* 60. Galerat. *de Renunt. l.* 2. *c.* 2. *n.* 48. Philoparchus *p.* 2. *tit.* 14. §. 10. *fol.* 194.

Wann die Verzicht vor Gericht geſchihet, ſeynd gar keine Zeugen nothwendig; ea enim, quæ in Judiciis fiunt, omnium Contractuum ſolennitatem exſuperant.

*L. omnium.* 19. *C. de Teſtam.*

## QUÆSTIO V.

### Auf was für Gůter diſe Verzicht ſich extendire?

Antwort: Wegen der Gůter iſt kein Unter- 40
ſchied zu machen unter Bewôgliche, und Unbewôgliche, Gegenwårtig, und Zukůnfftige, ſie kommen her, wo ſie wollen, ſo daß die *Clauſul Rebus ſic ſtantibus* denen Renuntianten nicht zu ſtatten kommen kan.

Backmaiſter *de Renunt. Filiar. Illuſtr. theſ.* 17. Philop. *p.* 2. *tit.* 14. §. 10. *fol.* 293.

Doch

Doch verſtehet ſich dergleichen Verzicht hauptſächlich auf alt Vätterliche Stammen-Güter, & ad Bona immobilia, cùm lugubre ſit antiqua Majorum prædia in extraneas manus, & Familias tranſire.

Ertl *p.2. Obſerv. Illuſtr.4.fol.74.*

Darum vil der Meynung ſeynd, daß, wo der Verzicht-Brieff nicht in ſpecie auf die Mobilien lauthet, ein ſolche Verzicht-Tochter billich zum Erbtheil dergleichen Mobilien, als da ſeynd Silber-Geſchirr, Kleider, Kleinodien ꝛc. müſſe zugelaſſen werden, cùm nunquam generalia extendantur ad ea, quæ ſpecialem, & peculiarem habent indolem, & quæ quis in ſpecie non fuiſſet promiſſurus.

*Arg. l. quacunque.1.ff. de Officio ejus, cui mandata eſt Juriſdictio.* & *l. obligatione generali. 6. ff. de Pignor. & Hypothec.* Bruckman. *de Regal. l.5.n.231.* Knipſchild *de Nobilit. Imp. l. 3.c. 12. n. 68.* Ertl *fol.74.cit.*

Es kan auch ein Tochter ſowohl der Vät-
41. ter- als Mütterlichen ab inteſtato hoffenden,
oder bereits würcklich vorhandenen Erbſchafft renunciren,

Backmaiſter *tract. cit. theſ. 14. & ſeqq.* Philoparch. *§.10.cit.fol.292.*

Nicht minder kan auch ein Schweſter renunciren der Erbſchafft ihres Bruders.

Philoparch. *l.cit.*

Doch muß die Renuntiation Brüderlichen Erbſchafft expreſsè, und außdruckentlich geſchehen; dann wo die Verzicht allein auf das Vätter- und Mütterliche lauthet, iſt ſolches nicht auf das Brüderliche zu verſtehen, ob ſchon Brüder vorhanden, und denenſelben die Vätter- und Mütterliche Erbſchafft zugewachſen iſt; Renuntiationes enim ſunt ſtrictiſſimi Juris, & ultra caſum expreſſum non extendendæ.

*L. quidquid adſtringendæ.99. ff. de V.O.* Maſcard. *de Probat. concl. 1264. n.35.* Mynſing. *decad. 4. Reſp.33. n.9.* Roland. à Vall. *vol.1. conſ.95.n.44.* Fontanell. *de Pact. Nupt. clauſ.9. gloſſ. un. p.1. n.76.* Rittershuſ. *tom. 1. Reſponſ. Altorff. 8. n. 12.* Olymp. *Prompt. §. Renuntiatio. n.28.* Ertl *fol.74.cit.*

Welches auch Statt findet, wann gleich ei-
42. nes ſolchen Bruders Vermögen meiſtens
aus denen Mittlen beſtehet, ſo er vom Vatter, und Mutter ererbet, welchen Erbtheil die Verzicht-Tochter auch renunciret hat; dann deſſen ungeachtet, kan ihr doch das Brüderliche Erb nicht verweigeret werden, cùm per aditionem Fratris Bona iſta deſiêrint eſſe Paterna, & in Fratris Dominium tranſiêrint, ſicque non ampliùs Hæreditas Patris, ſed Fratris proprium Patrimonium effecta ſint.

*L. ſed ſi plures. 10. §. filio impuberi. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Dec. *conſ.265.n.2.* Gaill. *l.2. obſ.148.n.7.* Dauth. *in c. quamvis.2. de Pact. in 6. n.123.* Ant. Theſaur. *deciſ.62.* Hartm. Piſtor. *p.4.q.6. n.63.* Carpz. *p.2. Conſt.35. def.15.n.4.* Müller. *ad Struv. Exerc.38. theſ.51. lit.v.*

Unde cum Succeſſio fraterna Sorori, non ùt Hæredi Paternæ, ſed ex nova cauſa (ad quam Renuntiatio Patri facta non eſt extentenda) debeatur, Jus integrum ipſi, non obſtante hac Renuntiatione permanebit.

*L. cùm patronus.28. ff. de Legat.2.* Roman. *conſ.168.n.1.* Pariſ. *vol.1. conſ.13.n.52.* Torre *de Pact. Succeſſ. l.2.c.23. per totum.* Olymp. *n.28.cit.*

Es müſſen aber die Güter, auf welche
ein Verzicht-Tochter renunciret, Allodialia, 43.
oder Erb-zinßbar ſeyn; dann von denen Lehen die Weiber ohne dem ipſo Jure von der Succeſſion ausgeſchloſſen ſeynd.

Backmaiſter *de Renunt. Filiar. Illuſtr. theſ. 18.*

An verò Feuda illa, in quibus Fœminæ non minùs, ac Maſculi ſuccedere poſſunt, ſub Renuntiatione Succeſſionis à Filia factæ, comprehenſa cenſeantur, majoris eſt Controverſiæ? Videntur eſſe comprehenſa. 1. Quia Juramentum, diſpoſitioni additum, vim Conſenſûs ſpecifici habet, & ad omnia ea extenditur, ad quæ ratione recti Sermonis extendi poteſt. Sicut ergo, ſi ſpecificè facta eſſet Renuntiatio Feudi, promittens efficaciter obſtringeretur, ita obſtringetur vi generalis, Juramento tamen confirmatæ, Renuntiationis Succeſſoriæ. 2. Per Renuntiationem ceditur Jure ad Bona indiſtinctè, quæ ejus ſunt, cui fit Renuntiatio, & in quibus ſuccedere etiam Renuntians potuiſſet. Atqui etiam Feuda ſub Vaſalli Bonis comprehenduntur.

Weſenbec. *conſ. 15. n. 79.* Pinell. *in rubr. C. de bon. matern. n.19. & ſeqq.* Burſ. *conſ.44.n.5. vol.1.*

Ergo pariter iiſdem renuntiatum cenſebitur: quod maximè confirmatur 3. Ex

*c. un. tit. an agn. vel fil. defunct. poſſ. retin. feud. & c.4. de Capitaneo, qui Curiam &c.*

ubi expreſſe traditur, Allodialia, & Feudalia adeò ſibi invicem cohærere, ut Filius rejectis, & repudiatis Allodialibus, ad Feudalia aſpirare non valeat, ſed utraque vel agnoſcere, vel repudiare debeat: ut proinde ex natura conjunctorum dicendum ſit, Filiam ſimul cum Allodialibus etiam Feudo renuntiare voluiſſe.

Sed affirmativam defendit

Kellenbentz *de Renunt. Succeſſ. q.26.n.5.* 44.
*& ſeqq.* pro ſe citans Bald. Alver. Curt. Jun. Covar. Decium, & plures alios.

Rationem dat, quia Feuda, niſi illa Hæreditaria ſint (quæ proin, cùm Allodialium naturam ſequantur, Pacto Renuntiationis comprehenſa cenſentur) non Jure Hæreditario, & Sanguinis (de quibus Pacta Succeſſoria principaliter agunt) ſed ex Pacto primi acquirentis, & voluntate concedentis, item providentiâ Legis, Liberis acquiruntur.

Gaill. *l.2. obſ.154. n.2.*

unde etiam ſeparatam ab Allodialibus naturam habent, neque id, quod de his diſpoſitum eſt, ad illa extendi debet.

*c.in generali.tit.ſi de feud. def.c.'fin.tit. de inveſtit.de re alien.fact.c.1.de Capitan. qui Curiam &c.*

45. Ad Argumenta *Num.* 43. oppoſita idem Kellenbentz ſat aptè reſpondet. Ad 1. Dum dicitur, quòd Juramentum habeat vim Conſenſûs ſpecifici, vult id obtinere ſolùm quoad Solennitates Actûs; cùm enim Jurans Actum voluerit eſſe firmiſſimum, ne hic ob neglectam aliquam Juris Solennitatem viribus deſtituatur, cenſetur implicitè de omnibus iſtis cogitâſſe, iiſque renuntiâſſe. Contrarium eſt, quando Conſenſus per Juramentum extendendus eſſet ad alias res, de quibus actum non erat; cùm enim Juramentum Conſenſum non augeat, ſed ſolùm roboret, & confirmet, dici non poteſt, Renuntiationem ad Feudalia extendendam, quippe quâ Renuntians, ùt ex verborum proprietate conſtat, tantùm Jus Paternæ Succeſſionis, non alterius remittere voluit. Ad 2. Ait, Feudum ſub propria Bonorum Vaſalli appellatione non venire, cùm pòtiſſimâ parte, nempe quoad Dominium directum, ad Dominum ſpectet: & hinc ſi Vaſallus generaliter omnia ſua Bona alienavit ſub tali Pacto Feudum non comprehenditur. Debent autem Renuntiationes accipi propriè, & ſtrictiſſimè, ut quàm minimè lædatur Renuntians. Ergo &c. Ad 3. Monet ex

Bald. *ad c.un.cit.n.9.*

Textum illum duntaxat procedere, ſi poſt mortem Vaſalli Patris Succeſſio repudietur, non verò, ſi vivente illo iſti renuntietur; tunc enim vult, ſolius Hæreditatis Renuntiationem valere, Feudi Jus autem manere ſalvum. Quod confirmat ex mente Textuum allegatorum, quippe per quos agnoſcendæ Hæreditatis Paternæ neceſſitas Filiis injuncta eſt non principaliter in favorem Creditorum, ne Damnum aliquod paterentur (aliàs Agnatis libertatem repudiandæ Hæreditatis non conceſſiſſent) ſed potiùs in favorem Patris, ne Filius, qui eadem eſt cum Patre perſona, indefenſum hunc relinquat, ejúſque perſonam variis modis à Creditoribus injurioſè tractari concedat.

46. Idem, quod de Feudo, etiam de Fideicommiſſo dicendum eſſe judicat

Kellenbentz *q.30.n.2. & ſeqq.*

ubi dicit, per Renuntiationem Fideicommiſſo nullum fieri Præjudicium: quod ait probari ex materia ſubjecta, & natura iſtius Pacti; nam Pacta hæc Renuntiatoria principaliter agunt de iis Bonis, quorum ſpes in Succeſſione futura poſita eſt, & quæ nobis Hæreditario Jure deferuntur, ut proinde Filia cavendo, ſe Patri non ſucceſſuram, aut ex ipſius Bonis nil petituram, hoc ſolùm promiſiſſe intelligatur, quòd vindicare ſibi non velit illa, quæ Jure Sanguinis per Succeſſionem ſibi obventura ſunt, non verò illa, quæ extra Jus Hæreditatis Paternæ ſibi debentur. Atqui Fideicommiſſum non ex Diſpoſitione Paterna, ſed primi Teſtatoris debetur Filiæ, & in eo huic ſuccedere dicitur.

Jaſon *in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de V.O.* Pariſ.*conſ.62.n.5.vol.2.*

Igitur ſic renuntiando in Fideicommiſſo ſibi præjudicâſſe nequaquam cenſebitur.

## QUÆSTIO VI.

### Was unter denen Worten einer Verzicht biß auf einen ledigen Anfall verſtanden werde?

Antwort: Diſe Wort wollen ſo vil 47
ſagen, daß, ſo lang einer von denen Brüderen, oder deren Mannlicher Nachkommenſchafft überig, und im Leben ſeyn wird, ein Verzicht-Tochter, auch dero Erben, und Nachkommen keinen Regreſs mehr zu denen verzichenen Güteren, und Erbſchafften haben ſolle; welchen Regreſs doch ſelbe für ſich, auch ihre Erben, und Nachkommen reſerviret will haben, wann der Manns-Stammen würcklich ſolle abgehen. Iſt alſo die Reſervation mit dem ledigen Anfall diſes Effects, daß in caſum, da kein Mannlicher Erb mehr vorhanden, der renuncirenden Tochter der Regreſs ſowohl zu dem Vätterlichen, als Mütter- und Brüderlichen Vermögen, nach ihrer Erbſchaffts-Portion, offen ſtehet, und ſelbe, auch ihre Erben, und Nachkommen, nicht anderſt, als wann niemahls renuncitet wäre worden, illo caſu müſſen gehalten werden. Welches bißweilen in denen Verzicht-Brieffen noch klärer mit folgenden Worten gegeben wird: **Wann aber ins künfftig/ über kurtz/ oder lang/ der Fall ſich begeben ſollte/ daß der Manns-Stammen abſturbe/ und vergienge/ und alſo die Erbſchafft auff den Weibs-Stammen wieder käme/ und fiele/ alsdann wollen ich/ und meine Erben ferner unverzichen ſeyn/ auch uns den *Regreſs* zu den hinderlaſſenen Güteren *expreſsè* in all Weeg vorbehalten haben.**

Georg. Everhard. *vol.* 1.*conſ.* 44. *n.*20. Fichard. *conſ.*52.*n.*18.*libr.*1. Beſold. *Theſ. Pract. V.* Verzicht Adelicher Töchter.*fol.* 962. Knipſchild *de Fideicommiſſ.c.8.n.*379. Kellenbentz *de Renunt.ſucceſſ.q.*18.*n.*3.*& ſeqq.* Philoparch. Kluger Beambte *p.2.tit.14.§.*10.*fol.*294.

Es müſſen aber unter beſagten Worten, 48
biß auf einen ledigen Anfall/ nicht verſtanden werden die Religioſen, oder Mönch, noch die Baſtarden, oder auch die Liberi Adoptivi, und dergleichen; maſſen die Verzicht-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Verzicht-Töchter denen allen in Antrettung der Erbſchafften vorgezohen werden, und diſes zwar auß Urſach, weilen durch diſe Perſonen alle die Adeliche Familien nicht conſerviret, oder propagiret werden, ſie auch gemeiniglich deß Stammens Schild, und Helm nicht führen.

Mantica *de Conject. ult. vol. l. 8. tit.* 12. *n.* 28. Kellenb. *tract. cit. q.* 35. *n.* 5. Ertl *p.* 2. *Obſ. Illuſtr.* 4. *fol.* 79.

Excipitur, ſi Filius naturalis natalibus reſtituatur, & legitimetur; nam talis ſi ſuperſit, Filiam, quæ Hæreditati Paternæ, & Maternæ renuntiavit, excludit, nec apertus adhuc cenſetur caſus, quo ipſa poſſit ſuccedere.

Kellenb. *q.* 35. *cit. n.* 22. *& ſeqq.*

ubi rationem dat; quia legitimatus per Natalium reſtitutionem ea omnia conſequitur, quæ legitimè natis Jura conceſsère.

*Novell.* 74. *c.* 2. *princ.*

ubi Imperator Juſtin. verbo univerſali uſus eſt, & voluit, ut planè nihil à legitimè natis differre debeant. Erit igitur hoc univerſaliter accipiendum. Et quidem ita legitimati legitimè natorum jura non per fictionem duntaxat, ſed in veritate conſequuntur; Jus enim Civile in iis, in quibus verè, & realiter operari poteſt, nullam ſtatuit fictionem. Poteſt autem hic verè, & realiter operari; ſicut enim Imperatores, & Pontifices ob libidines, & inordinatas concupiſcentias Jura naturalium Liberorum conſtituerunt, ſicque Juris primævi, quo Natura omnes legitimos procreabat, ademptio ex humana duntaxat ſanctione proceſſit, ita iidem Pontifices & Imperatores obſtacula hujusmodi tollere, & naturales primævis Natalibus, ac Juribus reſtituere potuerunt.

Kellenb. *l. cit. n.* 24. *& ſeqq.*

Qui ſimiliter etiam de Arrogato dicit, per iſtum ſi talis aliquis ſuperſit, Filiam ex Pacto Renuntiationis interpoſito à Bonis Paternis excludi. Rationem dat *Num.* 56. quòd Arrogatio non ſimpliciter nudo partium conſenſu, ſed ſolenniter, coram ordinario Magiſtratu, diligenti adhibita cognitione, facienda ſit, & ij omnes, qui intereſſe aliquod prætendere poſſunt, citandi veniant. Proinde ſi Filia, ad Actum Arrogationis legitimè vocata, vel expreſsè absque omni reſervatione conſenſerit, vel præſens tacuerit (nam tacentes in hujusmodi caſibus, ubi de præjudicio eorum agitur, pro conſentientibus habentur.

*L. qui tacet, & ibi Gloſſ. & DD. ff. de R. J.*)

nec de Jure ſuo proteſtata fuerit, contra ejusmodi Arrogatum Jus Succeſſionis ſibi defendere nequit, quippe qui quoad Parentem Jus Suitatis, & quoad Sororem Fraternitatis, & in veritate Jus Agnationis, Familiæ, & Nobilitatis conſecutus eſt.

49. Porrò ratio, quòd Filia, vel ejus Hæredes, nullo ampliùs maſculo Hærede ſuperſtite, non obſtante Renuntiatione ſua, quam cum Clauſula biß auf einen ledigen Anfall fecit, Regreſſum ad Hæreditatem Paternam, Maternam, & Fraternam habeat, eſt manifeſta. Nam reſervatio conſervat Jus reſervanti per textus

*L. & ſi quis.* 14. *§. pleríque.* 8. *ff. de Relig. & ſumpt. funer. l. ſi debitor.* 4. *§. ſi in venditione.* 1. *ff. quib. mod. pign. vel Hypoth. ſolvit.*

& ceſſante cauſa impedimenti, & excluſionis, ipſa ceſſat excluſio, & impedimentum.

*Arg. l. fin. §. ait lex.* 1. *ff. de Divort. l. ubi Lex.* 24. *§. interdum.* 1. *ff. de Uſurpat. & Uſucap.*

Deinde ejusmodi Renuntiationes, ùt jam aliquando dictum eſt, ſunt ſtricti Juris, & propterea extendi non debent, ſed intelligi, prout limitatæ ſunt; nam conſenſus, ſive Renuntiatio limitata limitatum producit effectum.

*L. cancellaverat.* 2. *ff. de his, quæ in Teſtament. delent.*

conſequenter iis tantùm Renuntiatio prodeſt, in quorum favorem eſt interpoſita. Filia autem talis renuntiavit ſolùm in eum caſum, quamdiù Maſculi ſuperſunt. Ergo his extinctis, meritò ceſſat impedimentum Succeſſionis, & excluſio ab Hæreditate Paterna, Materna, & Fraterna.

Neque obſtat, quòd aliàs aperti, & mani- 50.
feſti Juris ſit, quòd nemo ad tempus Hæres tantùm eſſe poſſit.

*L. Hæreditas.* 34. *ff. de Hæred. inſtit.*

nam qui ſemel Hæres eſt, non poteſt ampliùs deſinere eſſe Hæres.

*L. ei, qui ſolvendo.* 88. *ff. eod. tit.*

Ex quo videtur ſequi, quòd cùm ſemel Fratres Patri, vel Matri Hæredes extiterint, Sorori nullus ampliùs regreſſus concedi poſſit. Non, inquam, hoc obſtat; nam dum dicitur, quòd is, qui ſemel Hæres eſt, non poſſit ampliùs deſinere eſſe Hæres, accipi tantùm debet de Hæredibus directis. Hæres enim ſub conditione, vel poſt tempus incertum Hæreditatem reſtituere rogatus, ſi exiſtente conditione, Fideicommiſſario eam reſtituat, Hæredis nomen non deponit.

*L. ex facto.* 17. *ff. ad S. C. Trebell.*

ſed alter, cui fit reſtitutio, tantùm indirectus, & utilis efficitur per

*§. reſtituta.* 3. *Inſt. de Fideicommiſſ. Hæredit.*

His etiam Pactum Renuntiationis, de quo in præſenti ſermo eſt, comparari poterit; nam ſicut Hæres ſub conditione iſta, *ſi ſine Liberis deceſſerit*, reſtituere rogatus, verus Hæres eſt, fructúsque ſibi lucratur.

*L. in Fideicommiſſaria.* 18. *ff. tit. eod.*

ſic etiam hac in parte Frater portionis ſibi à Sorore ceſſæ, donec conditio Maſculorum defecerit, verus Hæres eſt, & fructus ſibi acquirit, ſed prout ex Teſtatoris diſpoſitione ille, ita hic ex Pacto ſuo ad reſtitutionem obli-

obligatus eſt, quâ factâ, propterea tamen Hæres directus eſſe non deſinit.

51. Minùs obeſt Argumentum, quod ſumitur à pari cum Tutore legitimo, qui, quamdiu Teſtamentarius adeſt, non admittitur, & ſi ſemel ab hoc fuerit excluſus, licèt poſtea Teſtamentarius à Judice remotus fuerit, nulla ratione tamen ampliùs admittitur. Ex quo inferri poſſe videtur, quòd etiam in caſu Renuntiationis Filia, licèt impedimentum, & cauſa ex pòſt facto ceſſaverit, cùm tamen ſemel excluſa fuerit, perpetuò excluſa maneat. Non, inquam, hoc obeſt; nam ùt in hunc finem allegari ſolita

*Lex. ſiquis ſub conditione.* 11. *ff. de Teſtamentar. tutel.*

inſinuat, Senatus-Conſulto ſingulariter proviſum eſt, ut caſu, quo ab ipſo Judice Tutor Teſtamentarius eâ mente remotus fuerit, ut is alium in ejus locum ſubſtituat, legitimus non oneretur, idque fortè propterea, quòd Senatui æquum viſum non fuerit, ut facto Judicis, quo excuſationem Tutoris, aut cauſam ſuſpicionis contra eum oppoſitam approbavit, ſicque defenſionem Pupillo ademit, per hoc Legitimi gravarentur; ſed ipſe Judex de idoneis iterum Pupillo proſpicere debet. Univerſaliter verò Lex allegata non procedit; nam quando non per Judicem principaliter, ſed per mortem vel naturalem, vel Civilem Teſtamentarii Tutores à Tutela fuerint liberati, Judex nullos alios ſubſtituere, ſed Legitimi onus Tutelæ ſubire coguntur.

*L. tutela legitima.* 3. *§. quæri.* 8. *& ſeq. ff. de legit. tutor.*

Quare textus *l. ſiquis. allegatæ* Sententiæ præſenti non obeſt; ſi enim impedimentum, & excluſionis cauſa, ùt ex eodem patet, legitimo modo, & naturaliter ceſſaverit, ſtatim etiam ipſa excluſio concidit. Quare dicendum, Filiam, vel Sororem utiliter ſibi Succeſſionis portionem in caſum, quouſque Maſculus ex Fratribus ſupererit, reſervare, & etiam ad ſuos Hæredes, ſi ea non ampliùs in rerum natura viva exiſteret, eo ipſo, quòd ita pactum ſit, ejusmodi regreſſum transmittere.

52. Worauß dann erhellet, daß der Verzicht-Tochter ihr Recht nicht gäntzlich erloſchen, noch ſelbe durch ſothane Verzicht, oder Renuntiation von der Erbſchafft außgeſchloſſen, ſondern allein hiervon ſuſpendiret, und auf eine Zeit, ſo lang nemlich ein Mannliche Deſcendentz vorhanden, verſchoben ſeye: quod indicat dictio *Donec*, quæ dictio ſtat ſuſpenſivè, & moratoriam tantùm excluſionem, non perpetuum inducit impedimentum, quâ mediante impeditur diſpoſitionis nativitas, & removetur conſenſus ab Actu.

Beſold. *Theſ. pract. V.* Verzicht Adelicher Töchter. *fol.* 962.

Verliehret alſo ſelbe keines Weegs deßwegen die Hoffnung jemahls zur Succeſſion zu gelangen, ſondern genieſſet derſelben, wann das Mannliche Geſchlecht, deme zu Lieb die Renuntiation geſchehen, außgeſtorben. Welche Hoffnung ſie auch auf ihre Nachkommen, wo ſelbe diſen Fall nicht erlebte, transmittiret, maſſen diſe, nach Abſterben deß letzten Mannlichen Stammens, zur Succeſſion gelaſſen, und zu der von ihrer Mutter ſub Clauſula deß ledigen Anfalls verzihenen Erbſchafft admittiret werden.

Mynſ. *Reſp.* 79. *n.* 12. Kellenb. *q.* 19. Backmaiſter *de Renunt. Filiar. Illuſtr. theſ.* 35. Ertl *obſ.* 4. *cit. fol.* 79. Philoparch. *p.* 2. *tit.* 14. §. 10. *fol.* 294.

Filia ergo renuntians, & ejus Deſcendentes non privantur præcisè Succeſſione Paterna, ſed temporaneum duntaxat ei imponitur ſilentium, Júsque in habitu retinet, licèt non in exercitio, quippe quod interea, dum Agnatio floret, dormit, & in ſuſpenſo manet; quod enim abſtulit Filiabus de earum hæreditate maſculorum concurſus, id ipſum iſtorum reſtituit obitus.

Bald. *conſ.* 496. *p.* 3.

Es iſt auch wohl zubeobachten, daß derley Renuntiationes, utpote quæ, ùt iteratò dictum eſt, ſtrictiſſimi Juris ſunt, de caſu ad caſum nicht zu extendiren ſeyen. 53. Darum ob ſchon ein Adeliche Tochter deß völligen Vätter- und Mütterlichen Erbtheils ſich mit einem Cörperlichen Eyd verziehen hat, ſo kan dieſelbe nichts deſtoweniger von ihrem Vatter in einem aufgerichteten Teſtament ad Succeſſionem beruffen werden, daß alſo die Verzicht vornehmlich nur auf die Succeſſionem ad inteſtato ſich verſtehet; dann weilen dergleichen Verzicht hauptſächlichen deß jenigen Favor, und Nutzen reſpiciren, dem ſie geſchehen iſt, ſo folget ja nothwendig, daß derſelbe auch favori pro ſe introducto ſich begeben könne; und wurde widerigen Falls einem Vatter die Freyheit nach Belieben zu teſtiren benommen werden. Kan alſo ein ſolche Verzicht-Tochter gar wohl, als ein Erb, von dem jenigen inſtituiret werden, deſſen Succeſſion ſie ſich verziehen hat.

Mynſing. *cent.* 2. *obſ.* 7. Ant. Faber *decad.* 12. *err. pragm.* 5. Berlich. *p.* 2. *concl.* 43. *num.* 7. Hartm. Piſtor. *l.* 4. *q.* 6. *n.* 33. Galerat. *de Renunt. cent.* 1. *Renunt.* 16. Mevius *p.* 2. *deciſ.* 271. *n.* 1. Fontanell. *de Pact. Nupt. clauſ.* 9. *gloſſ. un. n.* 70. Backmaiſter *de Renunt. theſ.* 37. Struv. *ad ff. Exerc.* 38. *theſ.* 51. Müller. *ibid. Lit.* ξ. Philop. §. 10. *cit. fol.* 295.

Quia ſi Pater talem Filiam nihilominus ſimpliciter in Teſtamento Hæredem inſtituerit, eo ipſo Juramentum, ac Renuntiationem, nùllâ quamvis mentione illius factâ, tacitè remiſiſſe cenſetur.

Galerat. *de Renunt. cent.* 1. *renunt.* 38. *n.* 6.

Et hoc caſu Filiæ Succeſſio ex nova cauſa ſupervenit, ad quam Juramentum non extenditur.

Berlich.

Berlich. *concl.* 43. *cit. n.*7. *&* 8. Gaill. *l.* 2. *obſ.* 148. *n.* 11. ubi hanc Sententiam in Camera Spirenſi receptam eſſe obſervat.

54. Idem verò, quod de Inſtitutione Hæredis dictum, obtinet quoque in Subſtitutione; nam & tunc cenſetur remiſſa Renuntiatio, ſi Pater Filiam Filiis ſubſtituerit.

Ant. Faber *in Cod. l.* 2. *tit.* 3. *def.* 23.

Noch vil mehr aber kan einer ſolchen Verzicht-Tochter in dem Vätterlichen letzten Willen ein Legat außgemacht werden.

Surd. *deciſ.* 14. Pariſ. *conſ.* 95. *n.* 30. Hartm. Piſtor. *q.* 6. *cit. num.* 35. Ertl *fol.* 95.

Item kan einer ſolchen Verzicht-Tochter von ihrem Vatter, Mutter, oder Brudern gar wohl ein Schanckung noch in Lebs-Zeiten beſchehen, ohne daß hierdurch die geſchwohrne Verzicht violiret werde.

Matth. de Afflict. *deciſ.* 350. Borell. *contr.* 4. *num.* 48. Fontanell. *de Pact. Nupt. clauſ.* 9. *gloſſ. un. p.* 1. *n.* 70. Ertl *fol.* 95. *cit.*

55. Doch iſt hierbey zu mercken 1. Daß wann gleich ein ſolche Verzicht-Tochter von dem Vätter-Mütter-und Brüderlichen Erbtheil ex Teſtamento, vel per donationem mortis causâ etwas erhalten, der Verzicht in anderen ſeinen Puncten keines Weegs umgeworffen, und remittiret worden ſeye.

Ant. Theſ. *l.* 1. *q.* 95. *n.* 8. Kellenb. *de Renunt. q.* 31. *num.* 16. Stryck. *de Succeſſ. ab inteſt. diſſert.* 8. *cap.* 10. *theſ.* 112. Ertl *fol.* 95. *cit.*

Weiters 2. Kan ein Verzicht-Tochter keines Weegs ſuccediren etiam ex Teſtamento Patris, wann ſolche letztwillige Vätterliche Diſpoſition vor dero Verzicht errichtet worden; nam mutatio voluntatis ſic præſumi non poteſt.

*L. cùm tacitum.* 3. *& l. eum qui.* 22. *ff. de Probat.* Alciat. *de Præſumpt. Reg.* 2. *præſumpt.* 16.

Und endlich 3. iſt ex opinione

Alex. *in l.* 61. *ff. de V. O. n.* 8. & quorundam aliorum

eben diſes zu halten in Caſu, wann ein Verzicht-Tochter in ſpecie aller Succeſſion tam ex Teſtamento, quàm ab inteſtato ſich expreſsè begeben hat: wo doch das Contrarium defendiret

Struv. *ad ff. Exerc.* 38. *theſ.* 51.

ubi putat, Filiam renuntiantem ſuccedere ex Teſtamento poſſe, etſi expreſsè Succeſſioni ab inteſtato, & ex Teſtamento renuntiatum fuerit. Vor den ſicherſten Sententz halte den jenigen, ſo ſich der kürtzlich vorher angezeigten Diſtinction bedienet, in Conformität welcher, wann ein Verzicht-Tochter in ſpecie auch der Succeſſion ex Teſtamento ſich begeben, wo der Teſtirer vor beſchehener Verzicht die Tochter zu einer Erbin eingeſetzt hätte, ſelbe ſich der Erbſchafft keines Weegs unterziehen kan; wohl aber, wann die Erb-Einſetzung erſt nach beſchehener Verzicht vorgangen, indeme der Vatter ſolch anderen Falls præſumiret wird ſeiner Tochter den Eyd nachgelaſſen zuhaben, ſo in dem erſteren Fall nicht kan vermuthet werden.

Ludov. Roman. *ad leg.* 51. *C. de Appell.* Matth. de Afflict. *deciſ.* 350. *num.* 2. Hartm. Piſtor. *q.* 6. *cit. n.* 39. ubi tamen ait, tutius eſſe, ut Juramentum expreſsè remittatur. Ertl *fol.* 95. *cit. & fol.* 96.

Ob aber ein Verzicht-Tochter von dem jenigen, zu deſſen Nutz, und Wohlfahrt ſie die Verzicht gethan, v. g. von ihrem Brudern, als ein Erb könne eingeſetzt, oder ihr auch in Lebs-Zeiten etwas geſchencket werden, hat 56.

Harpprecht *tract.* 7. *de Succeſſ. Filior.* §. 23. apud Ertl *l. cit. fol.* 97.

ein gar ſchöne, und ſubtile Diſtinction beygebracht, da ſelber conſideriret, ob nur ein, oder mehr Brüder vorhanden; dann wann nur ein Bruder vorhanden, könte ſelber zwar wohl ſeiner Verzicht-Schweſter in Lebs-Zeiten eine Schanckung thun, doch daß ſelbe nicht übermäßig, und hierdurch die Vätterliche Intention ad augendum ſplendorem Familiæ nicht eludiret werde. Wann aber mehrere Brüder vorhanden wären, ſo könten dieſelbe gleichfals nach ihrem Belieben die Schweſter ihrer Eydlichen Pflichten entlaſſen, und einer, oder der andere dieſelbe ſo gar in dem Teſtament für eine Erbin einſetzen; cùm omnis, etiam jurata, promiſſio hanc tacitam conditionem habeat, *ſi acceptetur*, ùt notat

Ertl *l. cit.* & allegat Knipſchild *de Fideicommiſſ. c.* 11. *num.* 121. Betz. *de Pact. Famil. p.* 765. Stryck. *de Succeſſ. ab inteſt. Diſſ.* 8. *c.* 10. *n.* 117. Hug. Grot. *de Jur. Bell. & Pac. l.* 2. *c.* 6. §. 2.

Et jurans nullâ indigeat abſolutione, ſi ille, in cujus favorem renuntiatum eſt, omnem juranti obligationem remittat; nam etſi Juramentum jurantem principaliter non Parti adverſæ, ſed DEO obliget, tamen Parte Juramentum, in ſui gratiam præſtitum, remittente, etiam DEUS id remittere cenſetur,

*c. cùm inter.* 2. *de Renunt. c. præterea.* 2. *de Sponſ.*

& Juramentum ſemper habeat iſtam conditionem, *Si res in eodem ſtatu permaneat.*

*c. ad noſtram.* 20. *de Jurejur.*

ubi ille, qui juravit, ſe non repetere velle Uſuras, illas tamen, Creditore conſentiente, repetere poſſe dicitur.

Hart. Piſtor. *q.* 6. *cit. num.* 33. Faber *Relat. Argentorat.* 69. *n.* 5. Puffendorff. *de Jur. natur. l.* 5. §. 11. *n.* 7. Stryck. *Diſſ.* 8. *cit. c.* 10. *theſ.* 107. Ertl *fol.* 98.

## QUÆSTIO VII.

### Ob in dem Fall / da eine Tochter ſich deß Vätter-Mütter-und Brüderlichen Erbtheils in Favòr ihrer Brüder verzihen hat / die Brüder aber keine Söhn / ſondern allein Töchter nach ihrem zeitlichen Hintritt hinterlaſſen / diſe Töchter alsdann ihre Muhme von dem Regreſs auf dero verzihenen Erbtheil mit Fug Rechtens außſchlieſſen / und die völlige Erbſchafft ihres verſtorbenen Vatters an ſich ziehen können?

57. Caſus quatuor. EHe meine Meynung hierob erſtatte, obſervire ich, daß allhier verſchiedene Caſus zu unterſcheiden, und in Conſideration deren die jetzt gegebene Frag diverſimodè zubeantworten. Dann 1. Kan eine Verzicht geſchehen ſimpliciter, ohne Meldung deß ledigen Anfalls, oder Mannlichen Poſterität, und Succeſſion. 2. Mit außdruckentlicher Condition, oder Modo, *donec Maſculi extiterint.* 3. Da zwar von Mannlicher Poſterität keine außdruckentliche Mention gemachet worden, doch beygeſetzet worden die Clauſula biß auf einen ledigen Anfall. 4. Und letztens, da zwar erſt-erſagte Clauſula beygeſetzt, aber doch ſolche mit diſer Adjection, ſo lang und vil Kinder / und deren Eheliche Leibs-Erben vorhanden / und bey Leben ſeynd / limitiret worden.

58. Reſpondetur ad Caſum 1. Wann ſich der erſtere Fall begibet, und in einem Adelichen Verzicht in ſpecie hergekommen, daß man gegen einem würcklich erlegten Heyrath-Gut ſich gäntzlich, unwiderrufflich, und ewig alles Regreſs auf ewig begeben, ohne Meldung, daß es nur biß auf einen ledigen Anfall zuverſtehen ſeye, ſo könte auf ſolchen Fall ob verba nimis generalia, & ampla ein Verzicht-Tochter gar keine Prætenſion an einiges Erbtheil mehr haben, und wäre es eben ſo vil, als ob ſie niemahls einiges Recht gehabt hätte.

Pariſ. *vol.* 4. *conſ.* 5. *n.* 55. Roland. à Vall. *vol.* 4. *conſ.* 28. *num.* 41. Vivius *deciſ.* 318. *n.* 2. Galerat. *de Renunt. deciſ.* 5. *n.* 12. Ertl *p.* 2. *Obſ. Illuſtr.* 4. *fol.* 98. *&* 99.

59. Reſpondetur ad Caſum 2. In Caſu ſecundo hingegen bleibet der Verzicht-Tochter der Regreſs auf die von ihr vorher verzihene Portion deß Vätter-Mütter-und Brüderlichen Erb-Guts, auf völliges Abſterben der Mannlichen Succeſſion, allerdings offen, und kan von denen hinderlaſſenen Töchteren ihres Bruders keines Weegs hiervon außgeſchloſſen, oder von Habhafft-Nemmung derſelben verhinderet werden; maſſen alſo pactiret, und allein auf die Condition, *donec Maſculi extiterint,* renunciret worden. Contractus autem ex conventione legem accipere dignoſcuntur.

*Reg. Contractus.* 85. *in* 6.

beſonders, da anſonſt, wie ſchon mehrmahlen gemeldet worden, dergleichen Verzicht ſtrictiſſimi Juris ſeynd, und in vorfallendem Zweiffel zum Favòr der Verzicht-Tochter außzulegen, auch weder de perſona ad perſonam, noch de Caſu ad Caſum zu extendiren ſeynd.

Matth. de Afflict. *deciſ.* 9. *n.* 13. Dec. *conſ.* 379. *n.* 3. Socin. *conſ.* 92. *libr.* 1. Surd. *conſ.* 355. *n.* 14. *lib.* 3. Rimin. *conſ.* 164. *n.* 43. Maſcard. *de Probat. concl.* 1270. *num.* 4. *&* 11. Gaill. *l.* 2. *obſ.* 77. *n.* 5. Beſold. *conſ.* 171. *n.* 100. Weſenbec. *conſ.* 15. *n.* 6. Franc. Hottoman. *conſ.* 107. *n.* 4. Erneſt. Cottman. *Reſp.* 288. *n.* 12. Brunnem. *de Stat. exclud. fœm. art.* 8. *n.* 18. Ertl *l. cit. fol.* 80.

Und auch den gemeinen Rechten gantz conform iſt, daß ein jeder Actus dubius alſo müſſe außgeleget werden, ut agenti minùs damnoſus, & maximè utilis ſit. Daß alſo gantz billich, daß dergleichen Verzicht, wann ſie ſchon mit verbündlichſten Worten, und Clauſulen wären verfaſſet worden, das allgemeine Recht, welches die Söhn und Töchter zu gleichem Erb anweiſet, ſo vil es ſeyn kan, auf das wenigſte benemmen, oder bekräncken. 60.

Joan. Gœddæus. *vol.* 1. *conſ.* 26. *n.* 208. Klock. *tom.* 4. *conſ.* 13. *n.* 23. Carpz. *p.* 2. *conſt.* 35. *def.* 15. *n.* 3. Richter. *deciſ.* 69. *n.* 29. Franc. Niger *Contr. for.* 474. *n.* 60. Ferdin. Harpprecht *tract.* 7. *de Succeſſ. Filior.* §. 238.

Conferre tamen talis Filia renuntians, quando regreſſum ad Portionem à ſe renuntiatam quærit, debet illam quantitatem pecuniæ, quam Dotalitii nomine in actu Renuntiationis accepit.

Vid. Ant. Fab. *in C. lib.* 2. *tit.* 3. *def.* 22. *&* 24. Capyc. *deciſ.* 190. Fontanell. *de Pact. Nupt. clauſ.* 9. *gloſſ. un. p.* 1. *n.* 75.

Ein gröſſere Beſchwernus hat es in Caſu 3. Und da die Verzicht, ohne Meldung der Mannlichen Succeſſion, allein cum Clauſula auf einen ledigen Anfall geſchehen iſt; maſſen verſchiedene, und nicht geringe Rationes ſich hervorthun, auß welchen ſcheinet, daß im Fall, da der letzte deß Mannlichen Stammens zwar ohne Söhn, doch mit Hinderlaſſung einer, oder mehr Töchter, abſtirbet, ſolche Töchter ihre Muhme, oder Dero Herrn Vatters Verzicht-Schweſter von dem Regreſſu ad Portionem renuntiatam excludiren, und außſchlieſſen können. Nam 1. Filiæ in Succeſſione Paterna primum locum obtinent; conſequenter his ſuperſtitibus, Amita liberum regreſſum prætendere nequit, quippe quæ in eum ſolummodo caſum, quo in Succeſſione fraterna nemo obeſt, ſibi integrum 61. Ad Caſum 3. rationes dubitandi.

grum Jus ſuccedendi reſervâſſe cenſetur: quam Sententiam 2. Ipſa quoque pacti verba inſinuare videntur: maſſen ein lediger Anfall ſich nicht ehender begeben kan, als biß niemand von der Brüder Kinder, oder ihren Ehelichen Leibs-Erben, es ſeye gleich Mannlich- oder Weiblichen Geſchlechts, mehr übrig, und im Leben iſt, wie

Linck. *tom.2.Conſ.Altorff.52.n.17.*

anmercket: ut proinde verbis Renuntiationis fortiter inhærendum ſit; nam ſicut facies in ſpeculo, ſic in verbis Voluntas conſiſtit, & omne id, ſolúmque illud cogitatum exiſtimatúr, quod verbis enuntiatum, expreſſúmque eſt. Accedit 3. Quòd verba dubia contra proferentem interpretanda ſint, cùm, ſi proprietati eorum voluiſſet ſtare, ſententiam, & voluntatem ſuam apertiùs manifeſtare potuiſſet.

*L.ſtipulatio.38.§.in ſtipulationibus 18. l. quidquid.99.ff.de V.O. l. veteribus.39.ff. de Pact.*

Neque objici in contrarium poterit, hoc modo Renuntiationis Pactum fore fruſtraneum; Renuntiatio enim hæc, biß auf einen ledigen Anfall/ eam virtutem habebit, ut Filia nequaquam in perpetuum ſive à Paternis, ſive à Cognatorum ſuorum Bonis, & Succeſſione excluſa eſſe debeat, ſed pariter hiſce, in caſu deficientium Deſcendentium, ſuccedere, & ſimul etiam ex iſtorum Hæreditate Bona Paterna, quibus olim renuntiaverat, ùt præcipua, ei habere liceat.

Graſſ. *libr.Sentent.§.Succeſſio ab inteſtato. q.15.*

62. Deſſen allen aber, was in vorgehenden Rationibus Dubitandi angeführet, und etwann noch ferners mehr beygebracht werden könte, ungehinderet, achte denen Rechten, und der Renuncirenden Will, und Meynung vil gemäſſer zu ſeyn, daß wo ſebe cum Clauſula, biß auf einen ledigen Anfall / der Vätter- Mütter- und Brüderlichen Erbſchafft renunciret, auf ereignenden Fall, da der letzte deß Männlichen Stammens ohne Söhn, und nur mit Hinterlaſſung einer, oder mehr Töchter abſtirbet, deren Muhme von denen hinterlaſſenen Töchteren von der begebenen Vätter- Mütter- und Brüderlichen Erbſchafft keines Weegs könne außgeſchloſſen, ſondern hierzu deroſelben freyer Zutritt allerdings müſſe geſtattet werden, doch alſo, daß wie *Num. 60. fin.* gemeldet worden, ſelbe in communem Maſſam Hæreditariam einwerffe, was ſie unter Nahmen deß Heyrath-Guts, und anſtändiger Außſteurung empfangen hat. Ita

Kellenbentz *de Renunt.Succeſſ.q.19.n.7. & ſeqq.* Widmont *ad ff.de Pact.n. 120.* & alii paſſim.

63. Et meritò; in omni enim Diſpoſitione ratio ejus inprimis inveſtiganda eſt, quæ ſi ceſſaverit, ſtatim corruit ipſa Diſpoſitio.

*c.cùm ceſſante.60. de Appell. c.etſi Chriſtus.26.de Jurejur.l.adigere.6.§.quamvìs. 2.ff. de Jur. Patronat.* Burſat. *vol. 2. conſ.200.n.123.*

Et ſi Locutio, ſive Diſpoſitio eſt generalis, venit iſta Generalitas ex intentione partium, & Ratione præſumpta, ſive cogitata reſtringenda, licèt verba ſint præciſa.

*L.emptor.65.§.ancillam.1.ff.de R.V.l.in fideicommiſſ.3. §.cùm Pollidius.3. ff.de Uſur.*

Intentio enim moderatur quamlibet Diſpoſitionem, non aliter, quàm frenum equos, & gubernaculum navim.

*L.ſcire.17.ff.de LL.l. Lex Falcidia.1.§. Lex Falcidia.1.ff.ad Leg.Falcid.*

Es iſt aber bekannt, daß dergleichen Verzicht gemeiniglich alleinig, zu Splendor der Adelichen Familien, und Favòr der Mannlichen Deſcendenz beſchehen, eo fine, ut bona Maſculis acquirantur, & ex iis Familiæ dignitas auctior, & illuſtrior efficiatur: daß alſo juxta mentem Renuntiantis, & Renuntiationem accipientis in denen Verzichten alleinig die Manns-Bilder in dubio zu verſtehen. 64.

Surd. *conſ.244.n.1.* Mynſ. *decad. 8. Reſp.79.n.32.* Capon. *Diſſert.50.n.32.* Klock. *tom.3.conſ.106,n.28.* Galerat. *de Renunt.cent.1.Renunt.25.n.6.* Kellenb. *de Renunt.Succeſſ.q.19.n.11.* Betz. *de Pact.fam.c.4.pag.78.* Hartm.Piſtor. *l.4.q.6.n.45.* Knipſchild *de Fideicomm. c.8.n.266.* Cancerius *p.3.reſol.15.n. 33.* Card. de Luca *tract. de Renunt. Diſc.7.n.5.*

Ut proinde nihil obſit, licèt Familiæ favor expreſſus non ſit; adhuc enim, ſi exiſtentibus Maſculis, Renuntiatio à puella eſt interpoſita, ea in Maſculorum commodum facta cenſetur. 65.

Covar. *in c.quamvìs.p.3.§.3.n.4.℣.quintò. de Pact.in 6.* Caſſ. *Conſuet. Burg. Rubr. 7.§.12.princ.n.6.& ſeqq.*

